



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio LXVI. Episcopus ubi jus reddere teneatur, & in specie ubi debeat  
cognoscere causas Capitularium, & quid in casu quo Diœcesis est ampla,  
vel si sint duæ Diœcesis invicem unitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad. II. partis Quæst. I. *Additio.*

Episcopum in quovis loco suæ Diœcesis posse Tribunal erigere & jus reddere, adeo verum est, ut quamvis unus idemque sit Episcopus duarum Diœcesum invicem unitarum, possit nihilominus Tribunal tenere in una earum, ubi voluerit, quidquid sit in duabus Diœcesibus penitus separatis *Rota decis. 418. per totam curiam Cavalerio. & in recent. decis. 337. par. 4. tom. 3.*

E converso in locis exemptis Ordinarius non erigit Tribunal, etiam in acta visitationis eorundem locorum exemptorum alias permissæ à sacro Concilio Tridentino, nec enim potest tunc processus judiciales conferre, causasque ordinarias cognoscere & definire. *Figman. in cap. dilectus num. 26. & 27. de rescriptis.*

DECISIO LXVI.

Episcopus ubi jus reddere teneatur, & in specie ubi debeat cognoscere causas Capitularium, & quid in casu quo Diœcesis est ampla, vel si sint duæ Diœceses invicem unitæ.

R. P. D. REMBOLDO.

Calciaten. Jurisdictionis.

Veneris 10. Maji 1624.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus in quacunque parte sua Diœcesis potest exercere jurisdictionem.
- 2 Episcopus debet jus reddere in loco honesto & more Majorum.
- 3 Episcopus non debet judicare extra Territorium suum, & num. 4.
- 4 Episcopi majestas in judicando quando salva non esset.
- 5 Episco-

Pp 3

- 6 Episcopus duarum Diocesum an possit delinquentes in una inde extrahere.
- 7 Ecclesia Calciaten. unita fuit Ecclesie Calagurritana.
- 8 Ecclesia dua Cathedralis simul unita habentur pro una Diocesi quoad Episcopum.
- 9 Episcopus an possit cogi accedere ad locum litigii, vel alium delegare, quando Diocesis est valde ampla.
- 10 Opinio negat: via communiter tenetur.
- 11 Episcopus attentio iuris rigore in quacunque parte sue Diocesis jurisdictionem exercere potest, & num. 12.
- 12 Episcopus qualiter ex Concilio Tridentino debeat procedere in capitulo particularium.
- 13 Testes debent deponere in specie loci de qua controversatur.
- 14 Observantia debet probari in terminis casus de quo agitur.
- 15 Dispositio quando alter natus loquatur, sufficit alterum adimplere.
- 16 Custodia reorum qualitas de iuramento mittitur arbitrio iudicis.
- 17 Concilium Tridentinum disponens, in Episcopus causas Capitularium cognoscat in eius domo, de quadam intellexit.

Dictum fuit causas Capitularium Ecclesie Calciaten. esse cognoscendas in domo D. Episcopi, seu in solito eius Tribunali. Episcopus enim habet jurisdictionem in hoc tam inspecto iure communi, quam etiam vigore dispositionis sacri Concilii Tridentini.

- 1 Nam de iure communi Episcopus potest exercere jurisdictionem suam in quacunque parte seu loco Diocesis. *Cap. cum Episcopus. de offic. Ordin. in 6. glossa in fine. verb. Diocesim. de Const. eod. lib. cum alius per Gonzalez. super reg. 8. §. 2. protem. 2.*
- 2 Nec obstat quod Episcopus debet ius dicere in loco honesto, & more Majorum, & si e incommodo litigantium ut per *Ancharan. in d. cap. cum Episcopus. in 2. tab. de offic. Ordin. in 6. per text. in lib. penult. ff. de iust. & iure §. in l. si locus ff. de iur. iur. ut per Buirig. Bald. & alios in d. l. si locus. & melius Hostien. in summ. de feud. §. apud quam num. 13. ubi quod si Curia deberet adire ad locum delicti, non dicaret more Majorum, sed more inferiorum.*
- 3 Et faciunt idem verba textus in *d. l. penult. ff. de iust. & iure. ibi salva maiestate Imperii sui.* Neque enim salva esset maiestas Episcopi, si teneretur in loco subditus dicere.
- 4 Nec dicatur prædicta locum minimè sibi vindicare, quando unus & idem Episcopus est duarum Diocesum, tunc enim non potest delinquentes in una Diocesi extra illam trahere, ut latè per *Mandos. cons. 27. numer. 6. vers. tertium caput. & seq.* Quia quidquid esset dicendum quando dictæ duæ Dioceses essent penitus distinctæ, & Episcopus retineret in utraque Vicarium Generalem, cessat in casu isto difficultas.

facultas, quia Ecclesia Calciaten. est unita Ecclesie Calaguritane, ut aliàs firmavit Rota decisi. 296. par. 1. & decisi. 708. num. 4. par. 2. in recent. & restatur Gonzalez ad regl. 8. gloss. 5. §. 7. num. 32. Atque ita non versatur in duabus Diocesisibus separatis, nec Episcopus retinet Vicarium Generalem in loco Calciatæ, nec astringi potest, ut Vicarium Generalem ibidem retineat, ut in fortioribus fuit resolutum in Viterbien. seu Toscanen. Vicarii 13. Martii 1617. coram Cavalerio, in qua etiam dicitur, quod licet Dioceses essent distinctæ, aut æquè principaliter unitæ, tamen quoad Episcopum reputatur una Diocesis, exemplo Præsidis duarum Provinciarum. Innocent. in cap. novit. in fine de offic. leg. Paul. de Castro, Alexand. lafon. & alii in l. fin. ff. de iurisdic. omni. iud. Bartol. in l. unica. 6. de Metropol. Berit. num. 12. lib. 11. ac propterea meritò dictum obiectum non applicatur.

Nec obstat quod saltem versatur in Diocesi multum amplà, ideoque Episcopus non potest cogere subditos ad litigandum in loco longinquo; sed debet vel ipse accedere, ubi vertitur litigium, vel alium delegare. Anchar. in cap. nonnulli num. 3. de rescript. & in cap. cum te in princip. vers. secundo noto de off. deleg. Ant. de Butrio in cap. sane in fine de foro compet. & ibi Ioan. Andr. n. 5. & Barbat. in princ. & in cap. dilectus num. 59. & seqq. de rescript. Felin. in cap. ult. sub num. 2. de iudic. Quia dicta conclusio communiter reprobatur à Doctoribus, ut per Abb. in d. cap. sane num. 3. de foro comp. & in d. cap. dilectus n. 4. de rescript. Rota d. decisi. 297. num. 8. par. 2. divers.

Atque eam de æquitate tantum procedere dicit Imola in d. cap. sane de foro comp. & addit. ad Abb. in cap. dilectus il. 2. lit. G. de rescript. Sicque attento juris rigore Episcopus potest in quolibet loco suæ Diocesis exercere iurisdictionem d. cap. cum Episcopus de off. Ordin. cum aliis allegatis.

Habet etiam D. Episcopus fundatam intentionem in dispositione S. Concilii Tridentini sess. 25. cap. 6. de reform. quia per dictum sacrum Concilium expressè disponitur, quod Episcopus, vel eius Vicarius procedere teneatur in causis Capitularium de consilio & assensu duorum Canonicorum, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto Tribunali.

Non obstat, quod solitum Tribunal Episcopi respectu Capitularium Ecclesie Calciaten. videatur esse in Civitate ipsa Calciaten. cum per testes qui dantur in summ. d. Capituli n. 4. concludenter proberetur, quod Episcopi pro tempore cognoverunt ab immemorabili causas Capitularium, vel per seipos, vel per Vicarium, aut alium delegatum in ipsa Civitate Calciaten. quia dd. testes non aperiunt, an Episcopus consueverit cognoscere causas etiam graviores in d. Civitate, seu tantum leviores, atque ita cum dicta testium dispositio possit verificari in levioribus delictis Capitularium, pro quibus non intendit Episcopus trahere dictos Capitulares extra d. Civitatem Calciaten. non potest illa suffragari ad causas graviores, quia observantia probari debet in terminis casus, de quo agitur. Bartol. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de iur. act. & que privo.

priv. Gravet. conf. 30. nu. 1. Natta conf. 575. num. 15. Surd. conf. 354. num. 26. Ram  
 san. mem. Gregorio XV. decis. 451. num. 7. Tum etiam quia in omnem  
 tum quod esset probatum, quod Episcopus consueverit cognoscere causas etiam  
 vires Capitularium in eadem civitate, quodque propterea consuetum Tribu-  
 16 pilcopi respectu Capitularium sit in ipsa civitate, nihilominus non videtur con-  
 dus Episcopus, quod debeat cognoscere causas graves in ipsa civitate, quia Con-  
 cilium disponit alternativè, quod cognoscantur causæ vel in domo Episcopi, vel  
 consueto ejus Tribunali, & sic videtur esse remissum arbitrio Episcopi, cupus ali-  
 lectio, vel in ejus domo, prout magis sibi expedire videbitur; quod etiam est con-  
 17 me dispositioni juris communis, quia de jure qualitas custodiæ remittitur arbitrio  
 Judicis. Bald. in l. 2. in fine C. de exhib. reor. Monoch. de arbitrar. case. 305. nu. 1. & 6.  
 alius per Farinac. de carcerib. & carcerat. quest. 27. num. 99. & seqq.  
 Nec dicatur quod Episcopus habet etiam domum in eadem Civitate, in  
 poterit cognoscere dictas causas, quia Concilium intelligi debet de domo, nempe  
 loco domicilii, ubi Episcopus habitat cum sua familia, non de domo materiali.  
 18 lex Cornelia. § domum & ibi DD. ff. de injuriis.

Et ita &c.

## DECISIO LXVII.

Episcopus quando possit in loco exempto Tribunal  
 erigere, & jurisdictionem exercere.

R. P. D. CANTUCCIO  
 Salamantina Jurisdictionis.

Est decisio 145.  
 var. 1. divers.

Veneris 18. Aprilis 1581.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus non potest in loco exempto  
 nec per se, nec per alium suam ju-  
 risdictionem exercere.
- 2 Fallit si habeat jurisdictionem in certis  
 casibus in loco exempto, non autem  
 in personas.

3 Et ita